



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 102. Ejusdem Facultatis sollicitudo circa Gallicam summæ Divi Thomæ
versionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.
A. C. 1607.

§. CII.

*Ejusdem Facultatis sollicitudo circa
gallicam summæ Divi Thomæ
versionem.*

Cum Margarita Valesia, Franciæ Regina post dissolutum ipsius cum Henrico IV. Rege matrimonium anno Domini millesimo sexcentesimo quinto Lutetiam Parisiorum venisset, ibidemque pro sua in literas propensione sexus sui vires excedente, assiduam cum Viris literatis societatem haberet, inter ceteros illo ævo celeberrimum Franciæ Theologum Patrem Nicolaum Coeffeteau ex Ordine Fratrum Prædicatorum eo induxerat, ut primam partem summæ Theologicæ Divi Thomæ ex latino in Gallicum idioma verteret. Paruit Reginæ votis Dominicanus, atque hoc anno primas viginti sex quæstiones Gallice redditas Parisinis literis excudi curavit, præfixo hoc libri titulo: *Tentamen primum circa quæstiones Theologicas in lingua vernacula juxta Divi Thomæ, aliorumque Scholasticorum stylum explanatas ex mandato Reginæ Margarithæ Valesiorum Ducissæ.* Id ubi rescivit Facultas, verita, ne Angelici Doctoris doctrina vilesceret, si ea mulierum aut etiam de fide non bene sentientium arbitrio

Argentre
l. c. p. 547.
Echard
Script. Ord.
Præd. t. 2.

Hist. Eccles. Tom. LIV.

S ac

Sæc. XVII. ac judicio permetteretur, nil intentum
 A. C. 1607. tum reliquit, ut Patrem Nicolaum
 induceret, quatenus ab cæpto opere
 ac versione desisteret: Hanc in rem
 super die prima Augusti sex nominabatur
 Deputatos, qui Barbarinum Cardina-
 lem Sedisque Apostolicæ Nuntium
 plices adirent, ut Sacræ Facultatis
 compescendam Regiam, foemineam
 men, curiositatem auxiliares manus
 præberet.

§. CIII.

*Parisiensis Curie decretum circa
 Discrimen de Hierarchia Ec-
 clesiastica.*

Argentrel. s. **M**ense Decembri Georgius Critonius
 pag. 547. natione Scotus Jurisprudentia
Cont. Thuan. Doctor ac Regius Rhetorices Professor
 lib. I. p. 225. varias Theses Perronio Cardinali man-
 cupatas ex jure tam profano quam Sa-
 cro publicæ disputationi subicere par-
 bat, inter quas secunda hujus erat te-
 noris: *Hierarchia Romanus Concilii
 Superior.* Re comperta mox Regii ju-
 ris Cognitores ad Parisiensem Curiam
 questum ibant, exponentes, quod hæc
 assertio absque interpretatione avita
 doctrinis omni tempore in Francia im-
 & in Theologicæ Facultatis Schola præ-
 cipue Sorbonensi receptis adversaretur